





FATO
 VIRI
 PRAENOBILISSIMI, EXPERIENTISSIMI
 ATQVE EXCELLENTISSIMI
MATTHIAE
TEMLIN

CASTRIFERR. HVNGAR.
 ARTIS SALVTARIS ET PHILOSOPHIAE
 DOCTORIS

IN IPSIS EXEQVIARVM SOLEMNIBVS
 VII KAL. JVNII A^o. c^o. 1800 XLVI
 VITTEMBERGAE IN SAXONIBVS

CELEBRATIS
 ACERBE ILLACRIMATI
 IVSTVM ANIMI MOEROREM
 DECLARANT

POPVLARES ET AMICI
 STVDIORVM CAVSSA IBIDEM COMMORANTES



VITTEMBERGAE
 EX OFFICINA BOSSOEGELIANA.





Indique me tetro, miror rem, sub Jove vidi,
Subdixit iubar sol oculusque suum;
Vmbraque perdidit campos, sed densa, ruinam
Quam patimur, diuum quis reparare potest?
Qui fit enim quod sol radiis vestire recuset,
Et cito luce ferax exuat omne solum?
An Libycas, dubius, segetes quis verrere, sive
Cerpere quis manibus mitia poma queat?
Haec versata diu tandem removere parabam,
Mista tamen vento vox aquilone vetat.
Hoc strepitu horrendo siluis per saepe reposito
Lassus humi serpo, mox quoque sisto gradum.
Audio, plangebat, fuit heu: rursum, fuit cheu!
Horreo pallor habet me, faciemque meam.
Et licet attonitus verto mea lumina circum:
Elusus tenebris cernere nil poteram.
Sed rursum repetunt silvae, fuit heu, fuit cheu!
At mihi fundendus sic puto sanguis erit:
Seu detestatus mediteretur praedo ruinam
Ciui, seu miles Punica bella parat.
Me dicente venit, vetuit quam tetra videre
Nebula, nata fuit, sed sine matre, Jouis.
Mecum sermones miscet dea, meque moratur,
Atque manu circum cingit vtraque meas.
Hinc me alata rapit, pennae sonuere per auras,
His prius adfixis, ad sua tecta velox.
Tum nitidis atro mutat submersa colori
Tegmina, quis vultum tristitia fata dolens
Bis voluit circum, bis ducit denique circum
Veste atra pectus, fietque lugetque virum.
Obstupeo, satis est, aio, luxisse, reponit,
Est ridere scelus, num visitare plagas,
Quas rupit focius nobis tibi lumine saepe
Non licuit teretes? rejice quaeso jocos.

Nonne arbuta vides foliis viduata caducis
 Et ramos fractos, quos nisi truncus adest?
 Nonne herbas aridas, quarum perfusus odore
 Ridet, hic innata vi caret omne sua?
 Haec ait, atque pedes subbito laxavit utrique,
 Comite qua gradior, dictaque vera queror.
 Scilicet ut Phoebus secretas prodidit artes,
 Pieridumque choris adfociare solet:
 Sic rerum, quales protrudit florida mater,
 Quam colimus, vires detegit hasque docet.
 Hinc ira rapitur, decertat denique Parcis,
 Extingui cultos fronte minante vider.
 Hinc radios jaciit claros, cauet, atque subactam
 Umbrat tellurem, tumque procella sequi
 Non timet, & venti pugnant aquilonibus, imo
 Tristia succedunt omnia fata bonis.
 Hinc inhibet campos soboles Hyperionis ista,
 Si medica gnarus cognitione solo
 Cedat, & astra petat, quoduis protrudere germen,
 Penitus extingui singula quaeque jubet.
 Hinc Pallas, cui bella nihil sonitusque tubarum
 Permissus lituo, se madefecit aqua,
 Absterfitque genas, fecitque velamina nigra;
 Et scaput & pectus cinxit amica simul.
 Tres patre prognate tandem jam parcite Parcae,
 Nec doctos nobis eripitote viros.
 Ante etenim paulo, decuit quod longius esse
 Rupistis filium, hoc dedecus aio fore,
 Non laudes vobis & non enocomia earum,
 Fama licet peragraret, sed mala, utrumque polum,
 At moror, abscedant toties a mente vocatae
 Humana, coepto mens mea siste parum.
 Est alter cuius tendat Polyhymnia caussa
 Barbiton, & lacrimas exprimat hocce suas.
 Est, inquam, qui iam fati **TEMLINIVS** cheu!
 Concessit, vixit jamque recessit ohe!
 Hunc luci mutuo concessit Pannonis ora,
 Quae copiae cornu pocula Massici habet.
 Hunc educauit, nutriuit & artibus, imo
 Ingenio culto commoda mille dedit.
 Ille nemus gelidum seclatus & otia, promptis
 Sacrauit cupidam mentem animumque choris.
 Nil fluctus timuit (nec enim licet esse beato
 Quisquis Pannonios findere sarculo agros
 Confuevit, multis pietas exposita periclis
 Est) & commisit ventibus ille rates.

Praeteriit ripas, tales Deus ipse secundat:
 Sic metam optatam contigit ergo pede;
 Sic in Saxonici oris confedit ad Albim,
 Hic etenim Musae & praefes Apollo vigent;
 Sic etiam infertus Phoebo vocitante camoenis,
 Et laurum & palmam saepius ille tulit.
 Sic quoque naturae magnam scrutatus abyssum,
 Eminuit lustrans nomen ubique suum.
 Non fugiebat opem, quem vel fortuna nouerca,
 Vel ratio nulli peruia pressit atrox,
 Ferre aliis & ferre suis, quos patria secum
 Junxit, eum dicit concio quaeque virum.
 Consumptus tamen est, aliis qui vixit & cheu!
 Falce necatus abit nec remeabit, abit.
 Sed quid consumptum dico? quid inania nescio
 Verba? Deo viuuit mortuus atque viget.
 Oritur occiduius fama maioreque clarus,
 Occidit atque aliis, occidit atque suis,
 Vndique eum desent, nec fat deslere videntur,
 Incola Pannonius tristitia fata dolet.
 Redde virum Saxo, vos, inquit, reddite Parcae,
 Reddite **TEMLINIVM** filius ille meus.
 Saxo ait: o ciuis nostrae fociate Mineruae
 Mature diuum tecta superna peris!
 Et quos Aonidum **TECVM** nos iunxit ad Albim
 Alma virens patrios dencit vitro modus
 Dicendi, verumtamen exundamus abunde
 In flerum iam **TE** Dis genis que viro
 Misceri superis. Quamquam non inuidet vllus
 Hinc mage laetatur cui bene nota salus.
 Aequa falce necat, nec enim mors feligit ullos
 Pallida, iam pergit, iam pede pulsat atrox
 Ostia cuiusuis. Ergo quid quaeso lugemus
 Tantopere, hunc terrae forte sacrare decet.
 Hoc vnum addamus, nec enim iam fundere plura
 Vota licet, quorum mens petit astra Deum.
 Molliter ossa cubent, nec cesset viuere, fama
 Occidat haud vnquam, molliter ossa cubent.









FATO
VIRI
IMI, EXPERIENTISSIMI
XCELLENTISSIMI
THIAE
MLIN

FERR. HVNGAR.
IS ET PHILOSOPHIAE
DOCTORIS

QUIARVM SOLEMNIBVS
JVNII Ao. c1o 1oec xly1
GAE IN SAXONIBVS
CELEBRATIS

E ILLACRIMATI
ANIMI MOEROREM
DECLARANT
ES ET AMICI
SSA IBIDEM COMMORANTES

EMBERGAE
A BOSSOEGELIANA.

